Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



75.

custodit dnus animas sanctorum suorum de manu pe-
cantorum liberabit eos. Lux orta est iusto:
et rectis corde letitia. Letamini iusti in
dno: et confitemini memorie sanctificationis
eius. Gloria p. An. Cantate dno canticum
nouum. ℣. Beatus homo quem tu erudieris dne.
et de lege tua docueris eum. Kyrie. Pr nr.
℣. Et ne nos. ℣. Ostende nob. Benedictio.
Ab omnibus malis: eripiat nos omnipotens
et misericors dnus. Bnd. Vigilantes in
suis laudibus: inueniat nos omnipotens dnus.
Bnd. In bonis operibus: confortet nos omnipotens
dnus. Ad inuitatorium laud. ℣. Fiat mia t.
Po Miserere mei. An. Spiritu principali
confirma cor meum deus. Psalmus dauid.
Domine exaudi orationem meam auribus
percipe obsecrationem meam: in veritate
tua exaudi me in tua iustitia. Et non
intres in iudicium cum seruo tuo: quia non
iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: hu-
miliauit in terra vitam meam. Collocauit
me in obscuris sicut mortuos seculi: et
anxiatus est super me spiritus meus in me